

clesia Romana, quod eciam beato Petro oblatum est et delegatum et in proprium confirmatum eorum devocione et oblacione filiis quoque suis anuentibus et laudantibus et ita, ut annuatim unum aureum ad sedem apostolicam tribuat pro censu nullique alio mortalium cuiuscunque rei terrene sit obnoxium. Et nunc, quod super est, ut a nobis addatur et finiatur maxime de constituendo abbate et de advocatione vel defensore loci.

(Fol. 153^v) Quocienscunque^f igitur contigerit, ut abbas sit ordinandus, ad eius electionem nolumus et omnino interdicimus ullam personam interesse *preter* monachos et *eos solos*, qui ad titulum monasterii obedienciam sunt professi³. Quem ipsi elegerint, accipiat virgam pastorem ab aliquo de prioribus fratrum, nec ulla potestas ad hoc ecclesiastica vel secularis expetatur. Postquam habuerit investituram officii, mittatur ex parte congregationis ad quemcumque potissimum videatur episcoporum⁴, ut pro charitate veniat et, ut moris est, abbatem benedicat.

De⁸ ceteris fratribus ordinandis ad quemlibet ordinem huius generis, ut est presbyterium vel diaconatus, fiat, quod magis fuerit oportunitate, ut vel in ipso monasterio ordinentur vel ad episcopum absentem et ordines alibi facientem dirigantur. Propter quod confratres nostros et coepiscopos maxime, quotquot sunt in Germania, omnes pariter appellamus et enixius omnes obsecramus, ut huic nostro decreto favere et annuere non dedignentur.

Eth sicut eis non erat indignum in ipso textu ordinationis sue apostolice sedi et ecclesie Rhomane obedienciam profiteri, ita monemus, rogamus aut, si hoc magis volent (*sic*), ex auctoritate sedis apostolice precipimus, ut, quic-

f) *am Außenrand*: De ordinatione abbatis Hirsawe. g) *am Außenrand*: De ordinatione monachorum. h) *am Außenrand*: Vocatus episcopus tenetur venire.

³) Vgl. Guillelmi abbatis Hirsaugiensis Constitutiones Hirsaugienses, 2, 1, Migne PL 150, Sp. 1037: *Electio domni abbatis hoc habet, quasi legitimum sempiternum, quod ad eam nullus mortalium interesse solet, praeter eos solos, qui sunt ecclesiae nostrae professi*. Abt Wilhelm ist seinerseits abhängig von Ordo Cluniacensis per Bernardum, ed. Marquard Herget, in: *Vetus disciplina monastica* (1726) p.I c. 1, S. 135: *Ad eam (electionem) nullus mortalium interest praeter eos solos, qui sunt ipsius Monasterii Professii*; Udalrici Cluniacensis monachi Consuetudines Cluniacenses 3, 1, Migne PL 149, Sp. 731: *Igitur ejus ipsius primitiva electio hoc habet quasi legitimum sempiternum, quod ad eam nullus mortalium solet interesse, praeter eos solos qui sunt Ecclesiae nostrae professi*.

⁴) Die Wendung erinnert an vergleichbare Passagen in päpstlichen Exemtionsprivilegien für Cluny. Vgl. Privileg Leos IX. vom 10. 6. 1049: *in arbitrio et electione fratrum consistat quemcumque sibi praeferre et imponere, cuius consecratio non a constituto episcopo, sed a quolibet expetatur* (Bullarium sacri ordinis Cluniacensis, ed. P. Simon [Lugduni 1680] S. 12); Privileg Gregors VII. vom 9. 12. 1075: *ad consecrandum illum (abbatem electum) ipsi fratres advocent episcopum quemcumque voluerint* (ebd. S. 18).